



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ven. Viri Thomæ Malleoli A Kempis, Canonici Regvlaris  
Ordinis D. Avgvstini. Opera Omnia**

**Thomas <von Kempen>**

**Dvaci, 1625**

De priuatis orationibus, quasi iaculis acutis in hostes. XVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45790](#)

## CAPUT XVIII.

*De priuatis orationibus, quasi iaculis acutis in hostes.*

*Psal. 32.*

Verbum  
Dei scutū  
aduersus  
omnia tela  
inimici.

*Psal. 60.*

*Psal. 118.*

*Psal. 50.*

*Ibidem.*

*Psal. 113.*

*Psal. 70.*

*Psal. 118.*

*Psal. 12.*

*Psal. 79.*

*Psal. 24.*

*Luce 1.*

*Psal. 118.*

*Rom. 14.*

*Ioan. 6.*

*Psal. 44.*

*Psal. 72.*

1. **V**erbo Domini cali firmati sunt, & spiritus oris eius omnis virtus eorum. Verbum Dei scutum animæ fidelis ad protegendū & iaculum acutum contra inimicum. Multæ fraudes antiqui hostis, multæ vanæ immissiones eius contra deuotos, simplices, & humiles. Sed Christus, Dei virtus & sapientia, omnibus potentior est in cælo & in terra; qui vero solo verbo potest Satanam vincere, & conterere sub pedibus suorum. Igitur si repentinus timor irruit super te, ora & lege: *Esto nobis Domine turris fortitudinis, & facie inimici.* Si caro putrida stimulat, ora & lege: *Configit more tuo carnes meas, & iudicij enim tuis timui.* Si praua suspicio influit, ora & lege: *Cor mundum crea in me Deus, & spiritum regnum innova in visceribus meis.* Si mala tristitia te premit, ora & lege: *Redde mihi letitiam salutaris tui, & spiritu principaliter confirma me.* Si vana gloria inflat, ora & lege: *Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo, da gloriam.*

2. Si desperatio molestat, ora & lege: *Spes mea Domine, & iuste mea; de ventre matris mea, tu es protector meus.* Si tedium metem occupat, ora & lege: *Adiuua me, & saluus ero: & meditabor in iustificationibus tuis semper.* Si somnus opprimit, ora & lege: *lumina oculos meos, ne obdormiam in morte: ne quando dicat inimicus meus, preualui aduersus eum.* Si acedia impugnat, ora & lege: *Exista Domine potentiam tuam, & veni. Confirmata me Deus in verbis tuis, ne deficiam in via.* Si labor agrauat, ora & lege: *Vide humilitatem meam & laborem meum, & dimitte uniuersa delicia mea.* Si iracudia conturbat, ora & lege: *Da patientiam Domine & pacem seruo tuo, ne perdam coronam animæ meæ in cælo.* Tu enim dixisti: *In patientia vestra possidebitis animas vestras.*

3. Si appetitus honoris & altior status te allicit & implicat, ora & lege: *Inclina cor meum Deus, in testimonia tua, & nō in auaritiā. Auerte oculos meos, ne videant vanitatem in vita tua vivificari.* Si cibus & potus immoderatus te tentat, ora & lege: *Regnū Dein est esca & potus, sed pax & gaudium in Spiritu sancto. Spiritus est, qui vivificat, caro nō prodest quicquam.* Si curiositas audiendi noua aut videndi pulchra te mouet, ora & lege: *Omnis gloria filia regis ab intus.* Omnia enim infima, caduca: omnia mūdana, vana, quantūcumque sint decora. In solo Deo, omnia bona, plena, sine fine. Si Iesum sequeris, & omnibus renūcias, omnia in eo possidebis. Post multa sacra verba, hoc vnum retine: sæpe ora, sæpe lege: *Mihi adhucere Deo bonum est, ponere in Domino totam spem meam.*

CAPUT

